quod & dns confirmat in euangeliis cum dicit pater remitte illis non enim sciunt quid fa
ciunt. quod si princeps fuerit qui offert hostiam pro peccato. hyrcum ex capris iube
tur offerre non holocaustum sed tantum ut de sanguine eius inponat sacerdos. su
per altare & omnem adipem eius offerat in altari reliquum autem sacerdotibus
remaneat ad edendum. sanguinem tantum ad basim altaris effuso. Si uero anima
fuerit inquid una quae offer& pro peccato capram feminam offerat ritu simili &
eodem quo hyrcum superius diximus immolatum. quod si non ualuerit inquit
manus eius ad capram uel ad agnum. par turturum offerat aut duos pullos
columbarum. quod si nec hoc inueni& decimam partem oefi similagi nis
sine oleo & sine ture mandatur offerre. hęc quidem nobis singula priore lectio
ne recitata sunt. uerum explanatio eorum quo tempore excludebamur om
missa est. de qua nunc paucis commonere studiosos quosque. & eos qui &iam
praeteritarum meminerint lectionum absurdum non puto. quamquam
ad ea quae nuper recitata sunt urgueamur. & primo uelim unde requiris
ista differentia quod alia quidem hominem dicitur offerre. alia animam
alia pontificem. alia synagoga. Alia principem. alia unam animam ex po
pulo terrae. & puto quidem hominem illum debere intellegi qui ad ima
ginem & similitudinem di factus. rationabiliter uiuit. hic ergo munus of
fer& uitulum cum carnis superbiam uicerit. Ouem cum inrationabiles
motos insipientesque correxerit. haedum cum lasciuiam superauerit. of
fer& &iam par turturum cum non fuerit solus sed mentem suam uerbo di
uelut uiro coniugi sociauerit. Sicut hoc genus auium unum dicitur & cas
tum seruare coniugium. offert &iam duos pullos columbarum. & ipse intel
lexerit misterium quo oculis sponsae sicut columbe dicuntur sedere ad plenitudines
aquarum. & collum eius sicut turtoris. hęc ergo sunt hominis secundum dm
quod supra exposuimus munera. Animae autem munera longe inferiora discri
bit. Anima hęc neque uitulum hab&. neque ouem. neque hedum quem offe
rat do. sed ne par quidem turturum aut duos pullos inuenit columbarum.
similam tantum hab& ex ipsa panes azimos offert a clybano ex ipsa in sar
tagine opus factum uel in graticula oleum permixtum. unde uidetur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0397